

LATINA MII–Tertia Probātiō (Capita XXVI–XXVIII)**Vēr MMVI***Doctor Ricardus Illa Flōra**Nōmen:* _____**I. Dēscrībe et trānsfer sententiam quam magister prōnūntiat.****x%***LATINA:* _____*ANGLICA:* _____**II. Trānsfer in Anglicam.****li%**

Recenter (“recently”) trēs locōs (“passages”) lēgimus, ūnum ā Mārtiāle (**Mārtiālis, -s, Martial**) scrīptum, alium ab Īsidōrō (**Īsidōrus, -ī, Isidore**), tertium ā Catullō. Mārtiālis amīcō iūcundissimō dicit haec facere vītās nostrās beātiorēs: corpus sānum, sapientia, amīci vērī, somnus facilis. Catullus Lesbiae carmen scrīpsit in quō inquit: “Vīvāmus atque amēmus, ut nunc habeāmus vītā quam fēlicissimā; ubi lūx nostra brevissima dēlēta est, ūna nox perpetua nōbīs dormienda est.” In tertiō locō Īsidōrus dē nōminibus diērum nārrāvit; dixit Rōmānos septem diēs ā stēllis in caelō appellāvisse: sōl est clārior quam lūna, et Rōmānī, igitur, prīmum diem appellāverunt “diem sōlis” et secundum “diem lūnae.” Librōs hōrum scrīptōrum hodiē legimus ut plūs dē rēbus Rōmānīs sciāmus.

III. Quaestiōnēs grammāticae dē hāc fābulā.**xii%**

a. List three SUPERLATIVES in the passage above: _____

b. List the three COMPARATIVES: _____

c. Write out the PASSIVE PERIPHRASTIC: _____

d. Write out one of the INDIRECT STATEMENTS: _____

e. List the two JUSSIVE subjunctives: _____

f. List the two verbs in PURPOSE clauses: _____

IV. Coniugā cēdō, cēdere, “to go/yield,” in tempore praesentī, modō subiūctīvō. xii%

	Vōx Actīva:		Passīva:	
	SINGULARIS	PLURALIS	SINGULARIS	PLURALIS
prīma pers.	_____	_____	_____	_____
secunda	_____	_____	_____	_____
tertia	_____	_____	_____	_____

V. Trānsfōrmā ex modō indicātīvō in modum subiūctīvum. iii%

dēdicās: _____ tacēmus: _____ nesciunt: _____

VI. Scribe comparātivum et superlātivum (dā finēs nōminātīvōs singlarēs omnium generum, “give the nominative singular endings of all genders”). xii%

POSITIVE	COMPARATIVE	SUPERLATIVE
bonus, -a, -um	_____	_____
facilis, -e	_____	_____
pulcher, pulchra, pulchrum	_____	_____
clārus, -a, -um	_____	_____
parvus, -a, -um	_____	_____
nōbilis, -e	_____	_____

PRAEMIUM ADDITUM. I@ Quae terra, ut Caesar ait, in trēs partēs dīvīsa est? _____

Trānsfer in Latīnam: Latin is the best language possible! _____

Quam fēminam Caelius et Catullus amāvērunt? _____

In Terence's *Adelphoe*, what did one brother obtain from the other? _____

Whom did Catullus call *optimus omnium patrōnus*? _____ ☺ *Carpāmus Latīnam!*